

molendinis, in stangnis et vivariis, in mariscis/ fo 14r et piscariis, in grangiis et virgultis, infra burgum et extra, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus, solutas liberas et quietas de syra et hondredo, de placitis et querelis, de murdro³ et wapentac, de scutagiis et geldis, de danegeldis et hidagiis, de assisis et operacionibus castellorum et poncium, de ferdeiwite et hengueiwite et de flemenewit' et de warpeni et de avrepeni et de blodewitt' et de fictewitte et de hundredespeni et de theindinguepeni, et quietas de omni tholoneo et pasagio et pontagio et lestagio et stalagio et de omni servili servicio et omni exaccione et de omnibus aliis occasionibus et consuetudinibus secularibus, excepta sola iusticia mortis et membrorum. Hec omnia concessimus eis in perpetuam⁴ elemosinam pro Dei amore et pro anima regis Henrici patris nostri et antecessorum nostrorum et pro salute nostra et successorum nostrorum, sicut carta Henrici regis patris nostri testatur. Testibus W(illelmo) Lond(oniensi episcopo) et aliis. Datum per manum H(uberti) Cantuariensis archiepiscopi cancellarii nostri apud Westminsterium xi die Iunii anno regni nostri primo.

1 MS H.

2 MS rex Angl(ie), dux Norm(annie), dominus Hibern(ie), Aquitan(ie).

3 MS murda.

4 MS imperpetuam.

4. *Inspeximus* and confirmation by Henry III of a charter of Henry II confirming the possessions of the abbey of Bec in Normandy and in England, and granting exemption from various royal and ducal exactions. Henry III also grants to the monks the chattels of any of their men who are fugitive or outlawed, or sentenced to loss of life or limb in the royal courts, and the ameracements of any of their men amerced in the royal courts, saving to the king all fines made by their men with the king or his justices. 4 May 1253.

Confirmacio regis Henr(ici) de eisdem.

H(enricus) Dei gracia rex Angl(ie), dominus Hibern(ie), dux Norm(annie) et Aquitan(ie) et comes Andeg(avie) archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, forestariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et ballivis et omnibus aliis suis fidelibus, salutem. Sciatis nos inspexisse cartam quam dominus H(enricus) quondam rex Anglie avus noster fecit abbati et monachis de Becco in hec verba: H(enricus) Dei gracia rex Anglie etc. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus et omnibus aliis ministris et fidelibus suis tocius Anglie et Normannie, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et monachis de Becco omnes donaciones terrarum et hominum et elemosinarum que eis facte sunt tam in Normannia quam in Anglia, in ecclesiis et possessionibus mundanis et in aliis rebus. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi homines suos et omnes possessiones et elemosinas habeant et teneant cum socca et sacca et infanguenethef et tol et theam et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis, in bosco, in plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stangnis et vivariis, in mariscis et vivariis, in mariscis et piscariis,

in grangiis et virgultis, infra burgum et extra, in viis et semitis et in omnibus aliis/
fo 14v locis, solutas liberas et quietas de syra et hond(reda), de placitis et
querelis, de murdro et wapentac, de scutagiis, de geldis et danegeldis et hidagiis
et assisis et de operacionibus castellorum et poncium et vivariorum et fossatorum
et trenchiarum, et de ferdewitte¹ et henguewitt' et de flamenswitt' et warpeni et
de auverepeni et de blodewitt' et de fictewitt' et de hundredepeni² et de
theindguepeni, et quietas de omni tholeno et pasagio et pontagio et lestagio et
stalagio et de omni seculari servicio et opere servili et exaccione et de omnibus
aliis occasionibus et consuetudinibus secularibus. Hec omnia concessi eis cum
murdro et morte hominis et plaga et mahemin' et sanguine et aqua et igne et
cum omnibus regis libertatibus et consuetudinibus ad me pertinentibus in
perpetuam³ elemosinam pro amore Dei et pro anima H(enrici) regis avi mei et
pro anima patris mei et matris mee imperatricis⁴ et pro anima mea et puerorum
et heredum meorum. Hiis testibus R(otrodo) archiepiscopo Roth(o)m(agensi),
E.⁵ episcopo Ebro(i)c(en)s(i) et aliis. Nos autem concessionem et confirmacionem
predicte carte ratam habentes, eam pro nobis et heredibus nostris predictis
abbati et monachis concedimus et confirmamus (sicut) prefata carta⁶ ipsius regis
H(enrici) quam inde habent testatur. Et ad declaracionem quarumdam liberatatum
in eadem carta sub quadam generali clausula contentarum, concedimus eis
et hac carta nostra confirmamus pro nobis et heredibus nostris quod ipsi et
eorum successores imperpetuum habeant catella omnium hominum suorum qui
pro quocumque delicto fugitivi vel utlagati⁷ seu iudicati fuerint ad mortem vel
ad membrorum perdicionem, sive sit in curia nostra sive in alia, quantum ad nos
et heredes nostros pertinet, et quod habeant americiatam suam et⁸ omnium
hominum suorum pro quacumque transgressione seu delicto americiati fuerint
in curia nostra, sive fuerint americiati coram nobis vel baronibus nostris de
scaccario sive coram iusticiariis nostris de banco sive coram iusticiariis nostris
itinerantibus ad communa placita vel ad placita foreste nostre, sive coram
iusticiariis nostris assignatis ad assisas capiendas vel gayollas deliberandas seu ad
quascumque inquisitiones faciendas, sive americiati fuerint coram quibuscumque
aliis iusticiariis nostris vel vicecomitibus aut aliis ballivis nostris, salvis nobis et
heredibus nostris omnibus finibus quas homines predictorum monachorum ex
quacumque causa fecerint nobiscum vel cum quibuscumque iusticiariis aut aliis
ballivis nostris. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus
nostris quod predicti / *fo 15r* abbas et monachi et eorum successores imperpetuum
habeant omnes libertates et quietancias predictas libere et quiete, bene et in
pace, in liberam et puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et
animarum antecessorum et heredum meorum, et precipue pro salute anime
Ysabellis imperatricis et sororis nostre. Hiis testibus venerabili patre Wintoniensi
electo, domino I(ohanne) de Placeico comite de Warvic' et aliis. Datum per
manum nostram apud Westmonasterium quarto die Maii anno regni nostri xxxvii.

1 MS serdewitte.

2 MS henguewitt'.

3 MS imperpetuam.

4 MS imperatricis sororis mee.

5 MS R.; cf. witness list of the Charter Roll recension: Testibus Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Egidio episcopo Ebroicensi, R. cancellario, Iohanne decano Saresburiensi, R. decano Ebroicensi, R. comite Leycestrie, R. de Cam-

villa, Simone de Thornebu, apud Kivilli. The *inspeximus* of Edward III, printed by Porée, has *R. Cantuarie* for *R. cancellario*.

- 6 MS *prefatam cartam*.
- 7 MS *fugit' vel ullagat'*.
- 8 MS *suam et* interlined.

Date: Henry II's charter may be dated 1173-75. Ralph de Warneville was Chancellor from 1173 to 1181, Richard of Dover was elected archbishop of Canterbury in June 1173. John of Oxford, dean of Salisbury, was consecrated as bishop of Norwich on 14 December 1175.

Printed: *CChR*, i, 430-1; Porée, ii, 575-7.

5. Confirmation by Henry II to the monks of Bec established at Stoke by Clare of the church of Woking, granted by Gilbert Fitz Richard, count of Brionne, the church of (Helions) Bumpstead, granted by William de Heliun, and the church of Barton Mills, granted by Roger Caperun, and of all other ecclesiastical and secular possessions. June 1183–December 1188.

Confirmacio Henrici regis de ecclesia de Wocking' et de ecclesia de Bumsted' et de ecclesia de Bertuna.

H(enricus) Dei gracia rex Angl(orum) et dux Norm(annorum) et Aquit(anorum) et comes And(egavorum) archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Anglie, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse monachis de Becco qui sunt apud Stokes ecclesiam de Wocchinges cum omnibus pertinenciis suis, quam Gilebertus filius Ricardi comes Brionie¹ eis dedit et carta confirmavit, et ex dono Willelmi de Heliun ecclesiam de Bommsted' cum omnibus pertinenciis suis, (et) ex dono Rogeri Caperun ecclesiam de Bertona cum omnibus pertinenciis suis. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant prefatas ecclesias et omnes donaciones terrarum et hominum et elemosinarum que eis facte sunt tam in ecclesiis quam in rebus et possessionibus secularibus bene et in pace, libere et quiete, in perpetuam elemosinam, pro Dei amore et pro salute mea et pro anima H(enrici) regis avi mei et pro anima patris mei et matris mee imperatricis, et pro anima H(enrici) regis filii mei. Testibus Ricardo episcopo Wintoniensi, Ranulfo de Glanvilla, Saephero de Quenci et aliis.

- 1 MS final *e* interlined.

Date: after the death of the Young King in June 1183, and before the death of Richard of Ilchester, bishop of Winchester, on 22 December 1188.

6. Charter of Richard I, directed especially to all his ministers in whose territories the monks of Stoke by Clare have lands or possessions, ordering them to maintain and protect the monks and their possessions. They are to be exempt from toll

16. Final concord made in the king's court at Westminster before the justices named between Alan son of Picot and Hugh prior of Stoke by Clare, concerning seven acres of land and a messuage in Finchingfield and Bardfield, wherein Alan quitclaims to the prior and his successors all his right. In return the prior has given Alan half a mark. 29 October 1202.

A: PRO, CP25(1)/52/6/69

B: no. 16

Finalis concordia in curia regis inter Alanum filium Pecot et priorem de Stok' de vii acris terre et uno mesuagio in Finchingefeld.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem anno regni regis Iohannis iiii coram G(odefrido) de Insula, Reginaldo de Cornhill', Waltero de Creping', Reginaldo de Argent' iusticiariis et aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus inter Alanum filium Picot petentem / fo 18r et Hugonem priorem de Stok' tenentem de vii acris terre et de uno mesuagio cum pertinenciis in Finchingefeld' et in Berdefeld, unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus Alanus remisit et quietum clamavit predicto priori et successoribus suis totum ius et clameum quod habuit in predicta terra et in predicto mesuagio cum pertinenciis de se et heredibus suis inperpetuum. Et pro hac quieta clamacione et fine et concordia predictus prior dedit predicto Alano dimidiam marcam argenti.

17. Final concord made in the king's court at Westminster before the justices named, in the presence and with the consent of the bishop of London, between Walter son of Humphrey and Hugh prior of Stoke by Clare, concerning the church of Foxearth, wherein the prior quitclaims all his right to Walter and his successors, saving four marks yearly to be paid by the clerk to whom Walter and his successors grant the church. 28 January 1203.

A: PRO, CP25(1)/52/9/136

B: no. 17

Finalis concordia in curia regis apud Westmonasterium inter Walterum filium Humfridi et priorem de Stok' de advocacione ecclesie de Foxherd'.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Sancti Yllarii in xv dies anno regni regis Iohannis iiii coram G(alfrido) filio Petri, Ricardo de Her(ierd), Simone de Pateshill', Eustachio de Facunberg', Iohanne de Gestling', Osberto filio Hervi, Godefrido de Insula, Waltero de Creping' iusticiariis et aliis baronibus domini regis ibidem tunc presentibus inter Walterum filium Humfridi petentem et Hugonem priorem de Stokes tenentem de advocacione ecclesie de Foxherde, unde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus prior recognovit advocacionem predicte ecclesie cum pertinenciis esse ius ipsius Walteri, et eam remisit et quietam clamavit predicto Waltero et heredibus suis de se et successoribus suis inperpetuum, salvo quatuor marcis ecclesie de Stokes quos clericus cui predictus Walterus vel heredes sui ecclesiam illam concesserint annuatim priori et monachis ecclesie de Stokes et

eorum successoribus persolvat ad duos terminos anni, scilicet ad Pascha ii marcas et ad festum Sancti Michaelis ii marcas. Et sciendum quod clericus ille cui idem Walterus vel heredes sui ecclesiam illam concesserint faciet fidelitatem predicto priori et monachis ecclesie de Stokes et eorum successoribus de predictis iiii marcis reddendis. Et hec concordia facta fuit concessu et voluntate Willelmi episcopi London(iensis) et eo presente et predictum beneficium iiii marcarum concedente.

Margin: infra carta ccclvi.

18. Final concord made in the king's court at Westminster before the justices named between Hugh de Boughton and Basilia his wife and the prior of Stoke by Clare, concerning one carucate of land at Pitley, wherein Hugh and Basilia quit-claimed all right to the prior and his successors. In return the prior has given them one hundred shillings, and will pay twelve pence yearly. 16 April 1198.

A: PRO, CP25(1)/52/2/34

B: no. 18

Finalis concordia in curia regis apud Westmonasterium inter Hugonem de Bouton' et priorem de Stok' de i carucata terre in Pitelinghe(hege).

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium die iovis proxima post xv dies Pasche anno regni regis Ricardi nono coram H(uberto) Cantuariensi archiepiscopo, Ricardo Eliensi archidiacono, magistro Thoma de Husseberne, Ricardo de Herierd, Osberto filio Hervei, Iohanne de Gestling' iusticiariis et aliis baronibus et fidelibus domini regis ibidem tunc presentibus inter Hugonem de Bouton' et Basilliam uxorem suam petentes per ipsum Hugonem positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et priorem de Stok' tenentem de i carucata terre cum pertinenciis in Pitelinghege, / fo 18v unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus Hugo de Bouton' et Basillia uxor sua et heredes sui remiserunt et quietum clamaverunt priori de Stok' et successoribus suis totum ius et clameum suum quod habuerunt in predicta carucata terre cum pertinenciis in Pitelingheg'. Et pro hac fine et concordia et quieto clamio predictus prior dedit predicto Hugoni et Basillie uxori sue centum solidos sterlingorum, et singulis annis dabit xii denarios predicto Hugoni et heredibus suis recipiendos super altare monasterii de Stok' in die nativitatis Sancti Iohannis Baptiste.

Printed: PR Soc, o.s., xxiii, no.144.

19. Final concord made in the king's court at Bury St Edmunds before the itinerant justices named between Ranulf parson of the church of Hundon on the one hand, and Hugh and Roger de Gardin', William Pollard, Reginald le Granger and Thurstan de Hundon on the other, concerning seventy four acres of land in Hundon. The latter parties recognise the messuage with its orchards, as held by

unquam aliquis antecessorum meorum melius et liberius et quociens illud tenuit tempore suo et ego postea tempore meo. Testibus Ricardo de Clar' fratre comitis, Roberto filio Hunfridi, Reginaldo de Cruce et aliis.

Date: after 1166, since William de Conteville is not listed in the earl's *carta*.

31. Writ of Roger earl of Hertford to all his barons and men, ordering that while he is in remote parts they shall maintain the monks, their men and their interests, and shall pay their tithes and rents without intermission. If they fail in their payments to the monks, Reginald the seneschal shall do justice in the matter, as in the case of the earl's own rents. Possibly 1157.

Littere Rogeri comitis ut manuteneantur monachi de Stok'.

Rogerus de Clar' comes Hertfordie omnibus baronibus et fidelibus hominibus salutem. Mando vobis acque precipio sicut salutem et honorem meum diligitis quatinus vice mea dum remotus fuero manuteneatis monachos meos de Stok' et homines et omnia negocia sua prout illi vobis exposuerint et auxilio vestro indiguerint, et vobis insuper precipio qui eisdem monachis debitores estis sive in decimacionibus sive in redditibus quatinus / fo 22r eis sua sine intermissione ad eorum voluntatem plene persolvatis. Et si aliquis vestrum redditus aut decimas suas detinere aut differre voluerit, tunc precipio Reginaldo dapifero meo ut predictis monachis meis plenam et sufficientem iusticiam teneat quemadmodum et michi de propriis redditibus meis. Valet.

Date: possibly on the eve of the earl's departure for Wales in 1157. For his participation in Henry II's Welsh campaign, see Butler, *Chronicle of Jocelin of Brakelond*, 70.

32. Writ of Roger earl of Clare to Alice de Clermont his grandmother, Peter his seneschal and her men of Norfolk. It greatly displeases him that they should demand from the monks of Stoke any custom or geld other than that which they had in the time of his grandfather, or than one should ask of free alms. He orders that they should allow the monks and their men to be as much at peace in all things as they were in the time of his grandfather and father, nor should they interfere in their affairs. Shortly after 1152.

Littere Rogeri comitis ne monachi de Stokes faciant geldas nec alias consuetudines.

Rogerus comes Clar' Aelicie de Clermunt ave sue et Petro dapifero suo et hominibus eius Norfolcie salutem. Multum displicet michi quod aliquid interrogatis monachis meis de Stokes aut hominibus eorum consuetudines vel gelda alia quam habuerunt tempore avi mei aut alias consuetudines quam oportet interrogare libere elemosine. Quare precipio ut permittatis predictos monachos meos et homines eorum et omnia sua esse in pace de omnibus causis sicut umquam

melius fuerunt tempore Gilberti avi mei aut tempore Ricardi patris mei, neque manum in eis aut in rebus eorum mittatis, sed permittatis illos de rebus suis conuenire sicut de sua libera elemosina.

Date: the survival of the widow of Gilbert I and the phraseology of the document suggest a date shortly after Earl Roger's succession.

33. Confirmation by Roger earl of Hertford to the monks in free alms of all the churches which they hold or held in the time of his predecessors, with free disposition of them, namely the churches of Crimplesham, Cavenham, Gazeley, Hundon, Clare, Great Bardfield, Bures, Ashen and Woking. He orders his barons and men to allow them peaceful enjoyment of their tithes and possessions. 1152-73.

Littere¹ Rogeri comitis ut libere teneant et in puram elemosinam omnes ecclesias suas et omnes nominatim.

Rogerus de Clar' comes Herfordie omnibus sancte matris ecclesie fidelibus et hominibus suis Francis et Anglicis clericis et laicis salutem. Notum sit vobis me consilio baronum meorum pro salute anime mee et antecessorum meorum concessisse monachis meis Deo seruiantibus in monasterio Sancti Iohannis Baptiste de Stok' omnes ecclesias quas tenent vel tenuerunt temporibus antecessorum meorum, tenendas in liberam elemosinam et quietam ab omni exactione seculari, ita ut eas ad libitum suum et ad utilitatem ecclesie sue de cetero collocare possint. Harum ecclesiarum nomina sunt ecclesia de Cremplesham cum omnibus suis appendiciis, ecclesia de Cavenham similiter, ecclesia de Geisle, ecclesia de Huneden', ecclesie de Clara, ecclesia de Berdefeld' cum suis appendiciis, ecclesia de Buris, ecclesia de Essa, ecclesia de Wocchinges. Preterea precipio omnibus baronibus meis et amicis et hominibus meis ut decimas et possessi(ones) quas habent de nostro iure liberas et quietas teneant. Hiis testibus Waltero filio Hunfridi, Roberto fratre eius cunestabulo, Radulfo dapifero et aliis.

¹ Sic in MS.

Date: after no. 25, in which the rights of Julian the clerk in Clare are reserved.

34. Confirmation by Roger earl of Hertford in free alms, with the consent of his barons and men, of the grant to the monks by William son of Ansgot of the land in Bures called *Alnetum* (the alder grove), which he held of Earls Gilbert and Roger. 1152-66.

Confirmacio Rogeri comitis de Hertfordia de terra de Alneto.

Fo 22v (R)ogerus de Clara comes Hertfordie omnibus hominibus et vicinis suis Francis et Anglis tam presentibus quam futuris salutem. Notum sit vobis me consilio baronum et hominum meorum in perpetuam elemosinam concessisse et hac

carta mea confirmasse monachis meis de Stokes illam donacionem quam Willelmus filius Ansgoti eis dedit et per cartam suam confirmavit, illam videlicet terram de Alneto quam ipse Willelmus tenuit de fratre meo Gilberto comite et postea de me in Buris, liberam et quietam ab omni servicio seculari. Hanc igitur concessionem eis feci pro anima Gilberti fratris mei et pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum. Testes Ricardus de Clar' frater comitis, Robertus filius Hunfridi, Ricardus filius Simonis, Osbertus de Baillol et alii.¹

¹ MS aliis.

Date: by 1166 Osbert de Baillol had been succeeded by his son Gilbert (*Red Bk Exchq*, 403, where *Gill'* is wrongly extended as *Gillelmus*). The Castle Acre cartulary (BL, Harley 2110), fo 108, indicates clearly that Gilbert was Osbert's son.

35. Notification by Roger earl of Clare that certain relics and their bearers belong to the monastery of Stoke, founded by his ancestors. He requests those who encounter them, and orders his men, to treat them with benevolence, in the hope that if anyone contributes to the work newly commenced at the priory, God will reward them hundredfold. 1152-73.

Littera comitis Rogeri de reliquiis datis monachis de Stoke.

Rogerus comes Clare episcopis et archidiaconis acque decanis omnibusque suis vicinis et amicis salutem. Noverit dileccio vestra has reliquias et earum iubilatores esse de domo mea de Stok', quam antecessores mei in honore Sancti Iohannis Baptiste fundaverunt et ecclesie Beccensi in elemosinam contulerunt. Eapropter vestram benevolentiam imploro quatinus si aliquando ad vos devenerint, eas et earum latores honorifice pro Dei amore et mei suscipiatis. Preterea omnibus meis hominibus divitibus et pauperibus, clericis et laicis, sive ministris precipio ut predictas reliquias cum earum latoribus studiose et cum summa reverencia suscipiant. Et si ad opus in predicto loco, scilicet Stok', noviter inceptum aliquid de sua substancia in elemosinam transmiserint, grates eis refero et Deus in eterna vita eis centuplum restituet.

36. Confirmation by Roger earl of Hertford of the grants by his grandfather and father to the monks of the churches of Crimlesham, Wereham and Woking. 1152-73.

Confirmacio Rogeri comitis de Hertford' de ecclesiis de Cremplesham, de Wirham, de Woch(ingis).

Rogerus de Clar' comes Hertfordie baronibus et ministris et omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me concessisse et hac carta mea confirmasse donacionem¹ quam fecit avus meus Gilbertus et Ricardus pater meus Deo et Sancto Iohanni Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus, scilicet

ecclesiam de Cremplesham et ecclesiam de Wirham et ecclesiam de Wochingis cum omnibus pertinenciis suis in perpetuam elemosinam pro animabus Gilberti avi mei acque Ricardi patris mei necnon Gilberti comitis fratris mei et omnium antecessorum meorum. Huius confirmationis sunt testes Robertus capellanus, Iohannes et Radulfus clerici, Walterus et Robertus filii Hunfridi, Reginaldus de Cruce et alii.²

¹ MS donaciones, with final s deleted and superior bar for 'm' added.

² MS aliis.

37. General confirmation by Roger earl of Clare to the monks of the grants of his predecessors and of their barons and other faithful men, by which he confirms to them:

i. the ploughland called Walton with the adjoining meadow, four ploughmen in the vill of Stoke with all their land, the wood of Clare which adjoins the vill of Thurlow, the mill of *Smalebrige* (probably Smallbridge Hall in Bures), fifty acres at Hundon adjoining the wood of Thurlow and the villein dwelling there, with all his land; Alvrice the fisherman with all his land; Stour Mere, and fishing on the river from Stour Mere to the castle of Clare; all the great and lesser tithe of the demesne of all his manors, that is, of Clare, Great Bardfield, Hundon, Desning, Cavenham, Crimplesham, Wereham, Barton Bendish and Beechamwell, whosoever holds of the demesne, together with the churches of all those manors with all their liberties and appurtenances, when they become vacant; in the vill of Crimplesham Gothe the smith with all his tenement; two rents of five shillings, the one in Fincham and the other in Boughton; a thousand eels at Fordham; a rent of five shillings and eleven pence from the mills called *Twigrind* in Cavenham; six thousand five hundred eels at Lakenheath; all the land of Martin the chaplain at Stoke, and in the same vill all the land held by Roger the carpenter.

ii. the ancient liberty of having every day two wagonloads of wood for the monks' kitchen from his wood at Great Bardfield, and wood each year for the maintenance of three ploughs; each year, at the feast of the Nativity of St John the Baptist, fishing for one day and two nights in his fishpond at Cavenham; a buck from his park at Hundon, and at Christmas an oak to warm the monks; pannage for sixty pigs with his own pigs wherever they wish in his woods. He has also granted the right of fishing in his fishpond at Clare for one day each year in return for the celebration of the anniversary of Gilbert Fitz Richard his grandfather, and his right in the two tenements of Roger the hornblower, which Walter the chamberlain gave for the soul of Gilbert Fitz Richard. All this he has confirmed for the souls of his grandfather, his father, Earl Gilbert his brother, and for his own soul and those of his heirs.

iii. the grant by Arnold de Nazanda of two thirds of his tithe at Hempstead, and of a villein in Clare.

iv. by Robert Psalter of Edmer the villein of Hundon with all his land, with the woodland, meadow and other appurtenances, which he held of his fee.

v. by Robert Psalter of fifteen acres of land with its appurtenances in the vill of Hundon.

- vi. by Richard de Rede of thirty acres of land with its appurtenances in Rede.
- vii. by Robert Darnel of two thirds of his tithe at Denston and Stansfield.¹
- viii. by Roger de Carleville of two thirds of his tithe at Aldersfield and Hartest.
- xi. by Humphrey called Bernard of his land of Little Yeldham, which is of the fee of Clare.
- x. by Elinald *vicecomes* of all his tithe at Finchingfield and Fornham, with ten acres of land at Fornham and the mill of Waldingfield, with his son Adam the leper, whom he made a monk, and with the land pertaining to the mill.
- xi. by Geoffrey son of Elinald of all his land at Fornham and at Rede, and the land of Wlgar de Tya, and the land of Uhtred de Mora with its appurtenances, and three houses in the vill of Clare.
- xii. by Geoffrey son of Hamo and Ansgot de Buxhall of two thirds of their tithe at Buxhall.
- xiii. by Herluin son of Goismer of land worth ten shillings held by Wlric Smuchel in Fenstead.
- xiv. by Ralph de la Cressonière of two thirds of his tithe at Hawkedon and Kensings.
- xv. by Canevaz of two thirds of his tithe at Herringswell.
- xvi. by Geoffrey son of Baldwin of two thirds of his great and lesser tithes at Sampford and Harefield.
- xvii. by Richard son of Hugh of two thirds of his tithe at Long Melford, Cowlinge and Needham, with the grant of all his land at Brockley with its appurtenances.
- xviii. by Roger de St German of all his tithe at Cavendish, except for an acre and a half pertaining to the church, and of two thirds of his tithe at Bentley and Alresford.²
- xix. by Roger de Gisney of two thirds of his tithe at Haveringland and Whitwell and of his land in Norwich.
- xx. by Geoffrey de Favarches of two thirds of his tithe at Walsingham.
- xxi. by Osulf Maskerel of two thirds of his tithe at Cavendish, and two thirds of the tithe of the land which he gave with his daughter.
- xxii. by Geoffrey de Brokes of two thirds of his tithe at Badley.
- xxiii. by Goismer of two thirds of his tithe at Chipley.
- xxiv. by Elias the cook of two thirds of his tithe at Poslingford.
- xxv. by Robert Pincema and Mabel his wife of the church of Little Thurlow with its appurtenances, and a rent of five shillings in the same vill.
- xxvi. by Hugh son of Arnold of the land of Ingenulf de Bradley with its appurtenances.³
- xxvii. by Aubrey de Capella of all his marsh at Stoke and all his tithe at Haverhill.

1 The confirmation charters of Bishop Everard and Archbishop Theobald (nos 70, 136) list the grant of *all* his tithe by Robert de Neiella, whose charter is rehearsed at no. 137. xvi.

2 See no. 137. xxiv, where is rehearsed the grant by William de St German and Emma his mother of various tithes, as Walter his brother once held them, for the soul of Roger his lord.

3 See nos 99, 136, where this grant is ascribed to Simon son of Arnold.

- xxviii. by Gilbert de Neiella of all his tithe at Haverhill.
- xxix. by Baldwin son of Geoffrey of all the land in Clare held of him by William the macebearer.
- xxx. by John Chich of two thirds of his great and lesser tithes at Alpheton.
- xxxi. by William Giffard of two thirds of his tithe at Clopton.
- xxxii. by Gilbert de Baillol of two thirds of his tithe at Denston.
- xxxiii. by Peter de Clopton of all his great and lesser tithes.⁴
- xxxiv. by Geoffrey son of Geoffrey of two thirds of his tithe at Fenstead.
- xxxv. by Alexander Ferling of two thirds of his tithe, and of the tithe of Ralph Smukel.
- xxxvi. by Geoffrey Pecche of two thirds of his tithe at Hartest.
- xxxvii. half the tithe of the demesne at Denham, from whosoever may hold of the demesne.
- xxxviii. by Ingram d'Abermun of the church of Friston with its appurtenances, and of all his tithe at Barrow (in Little Wakering) and *Labisse*.
- xxxix. by Alger son of Goismer of the tithe of his land at Belchamp (Otten).
- xl. by Walter cum Barba of all his tithe at Priditon (in Stansfield).
- xli. by Arnold Buzcal of all his tithe at Toppesfield and *Holleneia*.
- xlii. by William Capra of Robert de Bulley, who shall render five shillings *per annum*.
- xliii. by Adam son of Warin of all his tithe at Binsley (in Bulmer).
- xliv. by Hugh de Wickham of all his great and lesser tithes at Wickhambrook.
- xlv. by William Hurant of two thirds of his tithe at Halstead.
- xlvi. by Gilbert son of Peter of two thirds of his tithe at Halstead.
- xlvii. by Peter (de Halstead)⁵ of two thirds of his tithe at Halstead and Belchamp (Otten).
- xlviii. by Ralph of two thirds of his tithe at Naylinghurst.
- 1152-73, but probably shortly after the succession of the new earl.

Fo 23r Confirmacio Rogeri comitis de Clar' de omnibus donatis monachis de Stok'. Omnes donaciones tam in ecclesiis, decimis, possessionibus quam redditibus et aliis.

Rogerus comes de Clara omnibus hominibus et amicis suis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et Sancto Iohanni Baptiste de Stokes et monachis ibidem Deo servientibus omnes donaciones terrarum et elemosinarum que eis facte sunt ab antecessoribus meis tam in ecclesiis quam in terris, silvis et aquis, pratis et pasturis, in decimis et ceteris possessionibus, scilicet culturam que appellatur Waltune et holmum iuxta eam, et iiii bubulcos in villa de Stok' cum omnibus terris suis, et boscum de Clara qui est iuxta villam que vocatur Trillawe, et molendinum de Smalebrige, et l acras terre apud Hunedena(m) iuxta boscum de Trillawe et unum villanum qui ibidem manet cum omni terra sua, et Alwricum piscatorem cum omni terra sua, et Sturemaram et piscacionem tocius fluminis ab ipsa Sturemara usque ad castellum de Clara, et totam decimam de dominico omnium maneriorum meorum de quibus decima dari debet, tam minores quam

⁴ See nos 70 and 136, where this grant is ascribed to Robert de Clopton.

⁵ See no. 69b.

maiores, quicumque de ipso dominico tenuerit, scilicet in maneriis meis de Clara et de Berdefeld, in maneriis meis de Hunedena et de Deseninge et de Caveham, in maneriis meis de Cremplesham et de Wiram, in maneriis meis de Bertona et de Welles, et ecclesias omnium istorum maneriorum cum omnibus libertatibus et pertinenciis suis cum a persona vacaverint, et in villa de Cremplesham Goge fabrum cum omni tenemento suo, et in Fincham redditum v solidorum et in Buketun' redditum v solidorum, unum milliare⁶ anguillarum apud Fordham, et in Caveham redditum sex solidorum uno denario minus de molendinis qui vocantur Twigrind, et sex miliaria anguillarum et dimidium apud Lachingeheim, et totam terram Martini capellani apud Stokes, et in eadem villa totam terram quam Rogerus carpentarius tenuit. Preterea concessi eis et confirmavi antiquam libertatem suam, scilicet ut habeant duas quadrigas cotidie in nemore meo de Berdefeld ad ferenda ligna coquine monachorum, et uno quoque anno marrenum ad tres carucas manutenendas, et piscacionem uno die et duabus noctibus in vivario meo de Caveham ad nativitatem Sancti Iohannis Baptiste, et unum damum in parco meo / fo 23v de Hunedena, et ibidem unam quercum ad natale Domini ad calefaciendum monachos, et annuatim quietudinem sexaginta porcorum de pasnagio cum porcis meis ubicumque voluerint in nemoribus meis. Dedi etiam eis et concessi annuatim licenciam piscandi in vivario meo de Clara per unum diem contra anniversarium nobilissimi Gilberti filii Ricardi avi mei, et quicquid habebam in duabus mansuris que fuerunt Rogeri coridarii⁷ quas Walterus camberlenc dederat eis pro anima comitis Gilberti fratris mei. Hec omnia eis concessi et confirmavi pro anima nobilis Gilberti filii Ricardi avi mei et patris mei comitis Ricardi et fratris mei Gilberti comitis et mea et omnium heredum meorum. Preterea concessi eis et confirmavi omnes donaciones et elemosinas quas barones mei seu quilibet alii fideles homines mei eis fecerunt, scilicet ex dono Ernaldi de Nazanda duas partes decime sue de Hamstedia omnium rerum de quibus decima dari debet et unum hospitem in villa de Clara, ex dono Roberti Psalterium Edmarum villanum de Hunedena cum tota terra integre cum nemore et prato et aliis pertinenciis quam tenuit de feudo meo in eadem villa, item ex dono ipsius Roberti Pslaterium xv acras terre cum pertinenciis in eadem villa, et in eadem villa ex dono Ricardi de Reda xxx acras terre cum pertinenciis, ex dono Roberti Darnel duas partes decime sue de Denardestune et de Stanesfelde, ex dono Rogeri de Karlevilla duas partes decime sue de Aluredesfeld et de Hertherst, ex dono Hunfridi cognomento Burnard terram de Geldam que est de feudo de Clara, ex dono Elinaldi vicecomitis totam decimam suam de Finchingefeld et decimam de Fornam et ibidem decem acras terre, et molendinum de Waldingefeld cum Adam filio suo leproso quem monachum fecit, et terram ad molendinum pertinentem, ex dono Galfridi filii eius totam terram suam de Fornam et terram suam de Reda et terram Wlgari de Tya et terram Huctredi de Mora cum pertinenciis et tres mansuras in villa de Clara, ex dono Galfridi filii Hamonis et Ansgoti de Bukeshalla duas partes decime sue de Bukeshalla, ex dono Herlewini filii Goismeri x solidatas terre de terra Wlvrici Smuchel apud Finsted, ex dono Radulfi de la Kersunere duas partes decime sue

⁶ MS *redditum v solidorum, unum miliare* added in margin. See nos 71, 136, which list two thousand eels at Fordham.

⁷ See nos 71, 136: *comesarii*.

de Haukesdune et de Chemesinges, ex dono Canevaz duas partes decime sue de Herinngeswelle, ex dono Gaufridi filii Baldewini duas partes decime sue de Sanford et de Herfeld' tam minores quam maiores, ex dono Ricardi filii Hugonis duas partes decime sue de Meleford et de Culinges et de Nedham et totam terram suam / fo 24r de Brochole cum pertinenciis, ex dono Rogeri de Sancto Germano totam decimam suam de Cavenedis excepta acra et dimidia pertinentibus ad ecclesiam, et duas partes decime sue de Benetleia et de Alisford, ex dono Rogeri de Gisnei duas partes decime sue de Haveringelond et de Witewelle et de terra sua apud Norwicum,⁸ ex dono Galfridi de Farvarches duas partes decime sue de Walsingeham, ex dono Osulfi Maskerel duas partes decime sue de Chavenedis similiter et de terra quam dedit cum filia sua, ex dono Galfridi de Brokes duas partes decime sue de Badeleia, ex dono Goismeri duas partes decime sue de Chipeleia, ex dono Elye coci duas partes decime sue de Poselingeworde, ex dono Roberti pincerne et Mabilie uxoris sue ecclesiam de Trillawe cum pertinenciis suis et redditum v solidorum in eadem villa, ex dono Hugonis filii Ernaldi terram Ingenulfii de Bradeleia cum pertinenciis, ex dono Albrici de Capell' totam moram suam de Stokes et totam decimam suam de Haverella tam minores quam maiores, ex dono Gilberti de Nivilla duas partes decime sue in villa de Haverella, ex dono Balduwini filii Galfridi totam terram Willelmus claviger tenuit de eo apud Claram cum pertinenciis, ex dono Iohannis Chith duas partes decime sue in Alfistun tam minores quam maiores,⁹ ex dono Willelmi Giffardi duas partes decime sue in Cloptune, ex dono Gilberti de Baillul duas partes decime sue in Denardestune, ex dono Petri de Cloptune totam decimam suam tam minores quam maiores, ex dono Galfridi filii Galfridi duas partes decime sue in Finsted, ex dono Alexandri Ferling duas partes decime sue et duas partes decimarum Radulfi Smukel, ex dono Galfridi Peche duas partes decime sue in Hertherst, in Denham dimidietatem decime de dominico quicumque de dominico tenuerit, ex dono Ingeram de Abermun ecclesiam de Frisentune cum pertinenciis suis et totam decimam suam de Barwe et illam de la Bisse tam minores quam maiores, ex dono Algeri filii Goismeri decimam de terra sua de Bello Campo, ex dono Walteri cum Barba totam decimam de terra sua de Predinetune, ex dono Ernaldi Bucekalla totam decimam suam de Thopesfeldia et de Holleneia, ex dono Willelmi Capra Robertum de Bulileia reddendo annuatim v solidos, ex dono Ade filii Warini totam decimam suam in Binesle, ex dono Hugonis de Wicham duas partes decime sue in eadem villa tam / fo 24v minores quam maiores, ex dono Willelmi Hurant duas partes decime sue in villa de Halstede, et in eadem villa ex dono Gilberti filii Petri duas partes decime sue, et in eadem villa ex dono Petri duas partes decime sue et duas partes decime sue in Bellocampo, ex dono Radulfi duas partes decime sue in Nailingeherst. Hec omnia prescripta precipio et volo ut dicti monachi mei de Stokes habeant et teneant de me et de heredibus meis in perpetuum, cum terris et redditibus, hominibus, possessionibus et omnibus rebus mundanis, in ea libertate per omnia qua ego omnia mea propria teneo et habeo. Et ne aliquis de cetero hanc meam concessionem et confirmationem infirmare valeat, presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hii sunt testes, Robertus

⁸ *Margin*: Sancte Fidis Norf'.

⁹ *Margin*: Whicambrok. (Probably *Alfistun* is confused with Aldersfield, see no. 69b).

capellanus meus, Iohannes clericus, Eadmundus¹⁰ filius Maneri dapifer, Robertus filius Baldewini, Robertus Tracelu, Robertus filius Huberti,¹¹ Matheus butelarius, Robertus filius Hunfridi, Ricardus filius Simonis, Hugo de Capell' et alii multi.

¹⁰ Probably in error for *Radulfus*.

¹¹ MS Robertus filius Huberti et aliis, *et aliis* deleted and further witnesses added in margin in later hand.

38. Notification by Richard earl of Hertford to Gilbert bishop of London, Ralph de Diceto the archdeacon and Robert de Aldeberia the rural dean, that with the consent of his barons and men he has granted in free alms to the monks the hermitage of Standon, built by William the anchorite, where they shall celebrate divine office in perpetuity, saving the right of William until his death. 1173-80.

Concessio Ricardi comitis de Clara de ermitagio¹ de Standune facta monachis de Stokes.

Reverendissimo patri suo Gilberto Dei gracia Lundoniensi episcopo et Radulfo de Dizi archidiacono et Roberto de Aldeberia decano et toti clero episcopatus Lundoniensis et universis Christi fidelibus Ricardus de Clara comes Hertfordie salutem. Notum sit vobis me consilio baronum et hominum meorum concessisse et in perpetuam elemosinam dedisse pro salute mea et omnium parentum meorum ermitagium² de Standuna quod Willelmus inclusus edificaverat monachis meis de Stokes, ut illi ibidem obsequium divinum in honorem Beati Michaelis Archangeli et Beati Iohannis Baptiste et Sancti Iohannis Evangeliste et omnium sanctorum pro me et omnibus meis inperpetuum studeant celebrare,³ salvo per omnia iure et pace et quiete ipsius Willelmi inclusi dum vixerit. Quare volo et firmiter precipio et per hanc cartam meam presentem firmiter confirmo quatinus predicti (monachi) mei illud ermitagium⁴ cum omnibus pertinentiis suis bene⁵ et in pace et quiete habeant sicut liberam elemosinam ad servicium Dei ibidem faciendum pro me et omnibus meis sicut prescriptum. Testibus Ricardo de Clar' fratre comitis Rogerii, Hamone Peccatum, Roberto filio Hunfridi, Hugone de Capell'⁶ et aliis.

¹ MS ermitagia

² MS ermitagiam.

³ MS scelebrare.

⁴ MS eremitagiam.

⁵ MS in bene.

⁶ MS Clapell', first *l* expunged.

Date: Ralph de Diceto was elected dean of St Paul's between January 1180 and January 1181 (*Fasti: St Paul's London 1066-1300*, 5).

39. Confirmation by Richard Fitz Gilbert, lord of Clare, to the monks in free alms of the churches which they held in the time of his predecessors, namely Crimlesham, Cavenham, Gazeley, Hundon, Clare, Great Bardfield, Ashen and

Bures. At the petition of his barons, knights and free men he has confirmed all the tithes and alms which they gave to the church, that is, the grant of Ralph de la Cressonière of half his tithe in Hawkesdon and Kensing, the grant of Roger de St German of his tithe in Cavendish, the grant of Ralph Pecche of his tithe in Gestingthorpe, and the grant by Aubrey de Capella of his marsh at Stoke and his tithe in Haverhill. 1124-36.

Fo 25r Confirmacio Ricardi comitis de Clar' filii G(ilberti) comitis de omnibus ecclesiis collatis monachis de Stok' et decimis.

Ricardus filius Gilberti dominus Clare omnibus hominibus Francis et Anglicis clericis et laicis salutem. Notum sit vobis me consilio baronum meorum pro salute anime mee et antecessorum meorum concessisse monachis meis Deo servientibus in monasterio Sancti Iohannis Baptiste de Stok' omnes ecclesias quas tenent vel tenuerunt temporibus antecessorum meorum, tenendas in liberam et quietam elemosinam, ita ut ad libitum suum et ad utilitatem ecclesie sue eas de cetero collocare possint. Harum ecclesiarum nomina sunt ecclesia de Cremplesham cum suis appendiciis, ecclesia de Caveham similiter, ecclesia de Gaisle, ecclesia de Huned(one) et de Clara et de Berdefed et de Esse, ecclesia de Buris cum suis appendiciis. Preterea ad petitionem baronum meorum, militum et liberum hominum meorum, confirmavi eidem ecclesie de Stok' omnes decimas et elemosinas quas fecerunt prefate ecclesie, videlicet ex dono Radulfi de la Cressun(ere) duas partes decime sue in Hauekesd(une) et de Chemesing', ex dono Rogeri de Sancto Germano totam decimam suam de Kavened(is), ex dono Radulfi Peccati totas decimas suas de Gestingetop tam¹ minores quam maiores, ex dono Albrici de Capell' totam moram suam de Stokes et decimam suam in Haverelle. Hec omnia predicta volo et precipio ut dicti monachi mei bene et in pace possideant. Testantibus histis, Adam dapifero et Hunfrido filio Goismeri² et aliis.

¹ MS totam, with first two letters expunged.

² MS Adam dapifer et Hunfridus filius Goismeri.

Date: after the removal of the monks from Clare to Stoke in 1124.

40. Grant by Richard earl of Hertford to the monks in free alms of his wood of Litlehei (possibly Littly Wood, near Ousden). This donation was made at the instance of Prior Richard after the earl had taken the cross, and the prior gave him thirty marks towards his journey to Jerusalem. Before 1193, probably 1185-88.

Concessio et confirmacio bosci de Lithehei facta monachis de Stok' per R(icardum) comitem de Clar'.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Ricardus de Clara comes Hertfordie concedo et do et hac presenti carta confirmo Deo et Sancte Marie et Sancto Iohanni Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus totum nemus meum de Litlehei cum omnibus pertinenciis suis in perpetuam et liberam elemosinam pro anima patris mei et antecessorum meorum et pro salute mea et

heredum meorum. Quare volo et firmiter precipio ut predicti monachi predictum nemus libere et quiete ab omni seculari servicio habeant et possideant, et quicquid inde facere voluerint faciant. Hanc autem donacionem interveniente priore Ricardo postquam crucem accepi eis feci, et tunc predictus prior Ricardus xxx marcas argenti michi ad iter meum Ierosolim(itanum) perficiendum dedit. Hii sunt testes, Ricardus de Clara avunculus meus et alii.¹

¹ MS aliis.

Date: before 1193, because confirmed by Bishop John I of Norwich (no. 99). It is likely that Earl Richard was among the multitude who took the cross in 1185, during the visit of the Patriarch Heraclius of Jerusalem to England, or after the news arrived of the fall of the city in October 1187.

41. Grant in fee by Richard de Clare to Ralph son of Lambert and his heirs of the service of the lands of Ulfketel the priest, of Robert Hache and of Humphrey, to be held for the annual service of a pound of pepper at the feast of St Edmund, on condition that if it is in the interests of himself and Ralph, he will grant him lands of the same value in exchange, 1173-89.

Fo 25v Donacio Ricardi comitis de Clar' facta Radulfo filio Lamberti de servicio terre Ulketo' sacerdotis.

Notum sit presentibus et futuris quod ego Ricardus de Clara dedi et concessi Radulfo filio Lamberti servitium terre Ulketal sacerdotis et servitium terre Roberti Hache et servitium terre Hunf(ridi) et omnem donacionem sicut ego habui eodem die quo ei dedi pro homagio et servicio suo in feudo et hereditate sibi et heredibus suis, tenendum de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio, michi reddendo per annum unam libram¹ piperis, videlicet ad festum Sancti Eadmundi, per si(c) quod si ego in terra mea ad comodum meum et ad comodum predicti Radulfi iuderim in escambionem ei dare, poterim tot et tantum ad predictae terre valitudinem ei pro nominato servicio dare. Testibus Pagano de London', Galfrido de Capell', Iohanne de la Mare, Gilberto fratre eius, Bonetto et aliis.

¹ MS liberam, *e* expunged.

Date: The manor of Mildenhall was held by Earl Richard until 1189, when it was repurchased by Abbot Samson, who between 1189 and 1200 confirmed to Ralph son of Lambert the land once held by Ulfketel the priest in Mildenhall, and the land called *Hachesland*. There was litigation concerning this land c.1189-98 (*Kalendar*, charters nos 109-10).

42. Acquittance by Richard de Clare, earl of Gloucester and Hertford, of the prior of Stoke by Clare for all receipts and accounts rendered up to 23 November 1247, except that the prior should discharge the earl's debt of one hundred marks to the prior of Ogbourne. 23 November 1247.

Littere quiete clamacionis Ricardi comitis de Clara facte priori Iohanni de compoto reddito.

Omnibus presentes litteras inspecturis Ricardus de Clara comes Glouc(estrie) et Hertfordie salutem in Domino. Noveritis nos quietum clamasse Iohannem priorem de Stokes de omnibus receptis et compotis redditus usque ad diem Sancti Clementis anno regni regis Henrici¹ tricesimo secundo, ita quod nullam demandam vel querelam de aliquibus receptis vel compotis redditus usque ad predictum terminum versus eundem priorem vel domum suam de Stok' habere clamamus, preter hoc quod idem prior nos versus priorem de Ockeburne de centum marcis sterlingorum acquietare debet, unde dictus prior de Ockeburne litteras nostras habet patentes. Et in huius rei testimonium has litteras nostras patentes ei concessimus. Teste me ipso apud Claram die Sancti Clementis anno regni regis Henrici trecesimo secundo.

¹ MS Hend'.

43. Confirmation by Richard earl of Hertford, with the counsel of his barons and men, of the grant in free alms by Gilbert, son and heir of Stephen de Dammartin, of the land of Pitley, with the exception of the tenement of John, the earl's clerk, for the term agreed. 1173-85, probably shortly after 1173.

Confirmacio Ricardi comitis de Clara de terra de Pitelege.

Sciunt presentes et futuri quod ego Ricardus Clare comes Hertfordie consilio baronum et hominum meorum concedo et hac carta mea confirmo terram de Pitengelege quam Gilbertus filius et heres Stephani de Danmartin dedit Deo et Sancto Iohanni et monachis de Stokes in perpetuam elemosinam liberam ab omni servicio seculari, salvo tenemento Iohannis clerici comitis usque ad terminum inter eos positum, pro anima Gilberti comitis avunculi mei et animabus patris mei et sui et omnium antecessorum suorum. Huius donacionis testes sunt Robertus filius Hunfridi, Hamo Peccatum et alii.¹

¹ MS aliis.

Date: for the confirmation of this grant by Earl Roger, see no. 28. Hamo Pecche died between 1178 and 1185 (Sanders, *English Baronies*, 48).

44. Grant by Richard earl of Hertford to the monks of a deer each year at Christmas, to be taken in his park at Thaxted. c.1192-1217.

Fo 26r/ Confirmacio Ricardi comitis de Clar' de una dama habenda in parco de Taxtede.

Ricardus de Clara comes Hertfordie omnibus hominibus et amicis suis presentibus et futuris Francis et Anglicis salutem. Sciatis me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et Sancto Iohanni Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus unam damam habendam et accipiendam inperpetuum in parco meo de Taxtede annuatim contra natale Domini. Hiis testibus domino Ricardo de Clar', Willelmo Martel et aliis.

Date: William Martel first occurs in 1192 (*PR 3-4 Richard I, 12*), and outlived Earl Richard.

45. Confirmation in free alms by Richard earl of Hertford at the request of Gerard son of David of his grant to the monks of lands and rents to the value of ten shillings in Crimplesham, free of all secular service except that due to the king. Probably shortly after 1173.

Donacio (et) confirmacio Ricardi de Clar' comitis Hertfordie de x solidis percipiendis in villa de Cremplesham.

Notum sit presentibus et futuris quod ego Ricardus de Clara comes Hertfordie concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancti Iohannis Baptiste de Stok' ad petitionem Gerardi filii David illam donacionem decem solidorum in terris (et) in redditibus suis in villa de Cremplesham, quam idem Gerardus prefatis monachis fecerat et sua carta confirmaverat. Quare volo ut prefati monachi eandem donacionem habeant et teneant in liberam puram et perpetuam elemosinam quietam ab omnibus querelis et seculari servicio et exaccione, excepto servicio domini regis, sicut eam in carta prenominati Gerardi habent confirmatam et assignatam. Hiis testibus Iohanne et Ricardo de Clara fratribus comitis, Petro senescallo et aliis.

Date: Gerard's charter (no. 512) refers to his lords Gilbert and Roger, who lie buried in the priory church. This implies that he was a grown man by c.1150 at the latest, and the grant was probably made shortly after Earl Richard's succession.

46. Grant by Richard earl of Hertford to the monks in free alms of the church of Carbrooke. 1173-85.

Donacio Ricardi de Clar' comitis Hertfordie de ecclesia de Kerebroc facta monachis de Stok'.

Ricardus de Clara comes Hertfordie omnibus hominibus Francis et Anglis salutem. Sciatis me concessisse et dedisse pro anima patris mei et mea et omnium antecessorum meorum ecclesiam de Kerebroc cum omnibus pertinentiis sicut

unquam aliquis eam melius et liberius tenuit in perpetuam elemosinam Deo et Sancto Iohanni de Stokes et monachis ibidem Deo servientibus. Huius donacionis testes sunt Ricardus de Clara avunculus comitis, Robertus filius Hunfridi, Hamo Pecc(atum), Reginaldus de Cruce, Ingerannus de Abern(un) et alii.¹

¹ MS aliis.

Date: Hamo Pecche died between 1178 and 1185 (see no. 43).

47. Confirmation by Richard earl of Hertford of the agreement made between the monks and Matilda de la Landa concerning Manyn's mill, which she granted to them in perpetual fee farm for an annual rent of twenty shillings, of which she should render five shillings to the lord of Sampford. August 1205-c.1210.

Confirmacio Ricardi predicti facta monachis predictis de molendino Manyni. Ricardus de Clara comes Hertfordie omnibus hominibus et amicis suis clericis et laicis salutem. Sciatis me concessisse et hac carta mea confirmasse priori et monachis meis de Stokes convencionem quam illis fecit Matildis de la Landa de molendino Manyni quod eis predicta Matildis in perpetuam feodi firmam dedit, tenendum de ea et heredibus suis, singulis annis reddendo pro omnibus / *fo 26v* serviciis xx solidos ad duos terminos, ex quibus ipsa Matildis v solidos domino de Samford annuatim reddet, sicut carta eius testatur. Testes Ricardus de Clara, Ricardus filius Simonis, Ricardus frater comitis, Gilbertus filius Roberti et alii.¹

¹ MS aliis.

Date: Matilda was the wife of Richard de Landa and the daughter of Ralph de Arches. On 10 August 1205 an agreement was made that Matilda and her husband were to have one third of her father's lands now, and the remainder upon his death (*Essex Fines*, 36, no. 192). In 1207 her father had recently died (*CRR*, v. 38). Richard son of Simon first occurs in 1209 (Dodwell, ii, no. 494); his father last occurred in 1203 (*Essex Fines*, 28, nos 105-6). Gilbert son of Robert occurs from 1186 to 1206 (*PR 32 Henry II*, 16; *CRR*, iv, 264).

48. Grant by Richard de Clare to the monks in free alms of one pound of cumin owed to him by Roger de Dalham for a messuage in Bury St Edmunds, to be rendered at the feast of St Edmund. c.1190-1212.

Donacio et confirmacio Ricardi de Clar' facta monachis de Stok' de una libra ciminis percipienda de Rogero de Dalham. Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus de Clara dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancti Iohannis de Stokes pro salute animarum antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam unam libram cumini quam michi debet Rogerus de Dalham de uno mesuagio

quod de me tenet in villa Sancti Eadmundi quod iacet inter domum Willelmi Delamere et terram Normani de Risebi, tenendam et habendam libere quiete et honorifice. Hanc autem libram cumini reddet predictus Rogerus de Dalham et heredes sui Deo et ecclesie predictae annuatim ad festum Sancti Eadmundi pro omni servicio et consuetudine, pro omnibus querelis et demandis. Hiis testibus Alixandro de la Cersunere, Adam filio Hugonis, Willelmo filio Ade, Ricardo de Dalham, Willelmo Eswelle et aliis.

Date: Roger de Dalham occurs 1198-1212 (*CRR*, i, 169; vi, 297). William son of Adam occurs 1191-1207 (*PR 3 Richard I*, 48; *CRR*, v, 83). Norman de Risby was a contemporary of Abbot Samson of Bury, 1182-1200 (*Kalendar*, 86).

49. Grant by Richard earl of Hertford to the monks in free alms, by the advice of his barons and friends, of the church of Thaxted, Essex, to be held as freely as by Robert the clerk or any of his predecessors. He also grants free disposition of the churches of Great Bardfield, Bures, Hundon, Crimlesham, Cavenham, Gazeley, Clare, Ashen, Little Yeldham and Woking. He orders his barons and men to allow the monks peaceful possession of their tithes, rents and other goods. 1173-80.

Donacio Ricardi filii Rogeri de Clara comitis Hertfordie facta monachis de Stoke de ecclesia de Taxtede.

Ricardus filius Rogeri de Clara comes Hertfordie omnibus hominibus suis et universis ecclesie sancte fidelibus salutem. Notum sit vobis me consilio baronum et amicorum meorum pro anima patris mei et omnium antecessorum meorum et mea concessisse monachis de Stokes ecclesiam de Taxtede cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus suis, sicut Robertus clericus vel aliquis ante eum eam melius et liberius tenuit. Hanc concedo in perpetuam elemosinam eis tenendam. Concedo etiam ut omnes ecclesias suas ita libere et quiete teneant et possideant quatinus ad voluntatem et ad utilitatem eorum eas de cetero collocare secundum dispositionem suam prevaleant, videlicet ecclesiam de Berdefeld cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Buris cum omnibus appendiciis suis et similiter ceteras, ecclesiam de Huned(en), ecclesiam de Cremplesham, ecclesiam de Caveham, ecclesiam de Gaisle, ecclesiam de Clara, ecclesiam de Essa, ecclesiam de Gelham et ecclesiam de Wochinges. Preterea precipio omnibus baronibus meis et hominibus quatinus predictis monachis meis concedant libere et quiete habere et possidere decimas et redditus vel quecumque bona ab illis habent vel iuste habituri sunt, ne de cetero super hiis ulla inquietudine ab aliquo graventur. Testibus / fo 27r Ricardo de Clara, Roberto filio Hunfridi et Waltero fratre eius et aliis.

Date: the church of Thaxted was appropriated to the monks by Gilbert Foliot, bishop of London, before 1180 (no. 123).

50. Mandate of Richard earl of Hertford to Ralph de Chaure, William son of Godfrey, William Lencroe, Gervase de Sampford, Godfrey de Heigham and David de Sampford, forbidding them to swear before the king's justices that they have seen Stephen de Dammartin seised of the land of Pitley as of fee and inheritance. When Stephen was Earl Gilbert's steward, he unjustly occupied this land which was held by William the reeve of Bardfield and his heirs, causing one of William's sons to be killed. This the earl knows from the older amongst his men. Probably shortly after 1173.

Mandatum Ricardi de Clar' factum quibusdam pro terra de Pittelege.

Ricardus de Clar' comes Hertfordie dilectis hominibus suis Radulfo de Chaure et Willelmo filio Godefridi, Willelmo Lencroe, Gervasio de Samford', Godefrido de Heham et David de Samford, salutem. Dictum est michi quod vobis preceptum est ex parte iusticiar(iorum) regis iurare quod vidistis Stephanum Danmartin saisiatum de terra de Pitelege sicut de feudo et hereditate, et hic curo quoniam nolo vos incurrere iram et malediccionem Dei sicut de periurio. Mando vobis omnibus quod ille Stephanus dum habuit senescalciam et magisterium de tota terra comitis Gilberti iniuste et contra rationem occupavit terram de Pitteleh(ege) que fuit Willelmi prepositi de Berdefeld' et heredum suorum, ita eciam quod crudeliter et iniuste occidere fecit unum ex filiis predicti Willelmi quia scivit et intellexit eum propinquorem esse ad hereditatem patris sui de eadem terra possidenda. Et quia huius rei veritas ita se habet quemadmodum michi ab antiquioribus¹ hominibus meis certificatum est, precipio vobis sicut hominibus meis fidelibus ne de feudo vel hereditate ipsius Stephani iuretis, cum ipse neutram in eadem terra habuerit, neque feudum neque hereditatem, sed solam ut premonstratum est occupationem iniustam et violentam.

¹ MS atiquioribus.

Date: the survival of a group of men with memories of events of Stephen's reign suggests a date not long after Earl Richard's succession. See discussion in Stenton, *First Century*, 82.

Printed: Stenton, *First Century*, 270, and translated *ibid.*, 82.

51. Confirmation by Richard earl of Hertford of the grant by William son of Richard de Thaxted to the monks of five acres of land in Thaxted, to be held of William and his heirs for an annual rent of ten pence, and also of a further one and a half acres granted by the same William in free alms. c.1200-1217.

Donacio et confirmacio predicti comitis facta monachis de Stok' de quinque acris terre in villa de Taxtede.

Ricardus de Clara comes Hertfordie omnibus hominibus suis et amicis presentibus et futuris Francis et Anglicis salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et Sancto Iohanni Baptiste de Stokes et monachis ibidem Deo servientibus quinque acras terre in villa de Taxtede que iacent inter viam regiam et domum Walteri de Stok' quas Willelmus filius Ricardi de Taxtede eis dedit,

et extra hoc i crufte de v acris et dimidia, illi et heredibus suis tenendam de me et de heredibus meis libere et quiete et honorifice, reddendo michi annuatim i libram piperis pro omnibus serviciis. Testibus hiis, Roberto de Mara, Simone de Saham, Iohanne de Mar(a) et aliis.

Date: for Simon de Saham, see no. 54.

57. Notification by William IV earl of Warenne that the monks of Stoke by Clare and their servants shall be quit of toll when they pass through his town of Thetford. Probably 1202-40.

Littera Willelmi comitis Warennie¹ quod homines monachorum de Stok' sint quieti de tonito per willam de Theford transeuntes.

Fo 28v/ Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus comes Warennie salutem. Noveritis me pro anima patris mei et matris mee et pro salute anime mee concessisse Deo et Sancto Iohanni de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus quod cum servientes sui transitum fecerint per villam meam de Theford cum victu eorum et rebus suis propriis, dummodo probare possint quod res sint proprie predictae domus, quod quieti sint de tonnito et de omnibus aliis consuetudinibus, et hanc libertatem et quietanciam concessi predictae domui de me et de heredibus meis inperpetuum. Ut autem hec mea concessio rata sit et stabilis, presenti scripto sigillum meum apposui.

¹ MS de Warennie.

Date: the Suffolk side of Thetford was given by King Stephen to William III de Warenne shortly after 1139, and the whole town was granted by Richard I to Hamelin in exchange for his French lands (T. Martin, *History of Thetford*, London 1779, p.43). The reference to 'my town' and the form of the charter suggest that this is a document of William IV.

58. Grant by Amice countess of Clare to the monks in free alms of a messuage at Sturhille in Sudbury. 1217-23.

Donacio et confirmacio Amicie comitisse de Clar' facta monachis de Stok' de uno mesuagio in Suberi apud Sturhel.

Sciant presentes et futuri quod ego Amissia comitissa de Clare filia Willelmi comitis Gloustrie dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et Sancto Iohanni Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus illud mesuagium in Suberia apud Sturhille cum omnibus pertinentiis quod fuit Iordani Goriun, et iacet inter mesuagium Willelmi Cucet et venellam Teudoris de Sturhulle versus Hallinghestrete, pro salute anime mee et Gilberti comitis filii mei et antecessorum meorum et successorum meorum, tenendum et habendum in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omnibus secularibus

serviciis, exigentiis, auxiliis et consuetudinibus, salvis generalibus auxiliis predictae ville pertinentibus. Ego vero Amicia prenominata et heredes mei predictum mesuagium cum pertinentiis predictis monachis contra omnes homines et feminas warrantizabimus. Et ut mea donatio et concessio et huius carte mee confirmatio perpetuam obtineat firmitatem, presens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus Iohanne de Corn(e)r(th), Ricardo filio eius, Willelmo Bridebec tunc senescallo et aliis.

Date: after the death of Earl Richard in 1217. Countess Amice died in 1223.

59. Confirmation by William earl of Gloucester, for the souls of Earl Robert his father and of his predecessors and successors, to the monks in free alms of the grant by Robert de Greynville of the church of Stambourne. 1173-83.

Donatio et confirmatio Willelmi comitis Gloucestrie facta monachis de Stok' de ecclesia de Stamburn'.

Villelmus comes Glocestrie omnibus hominibus et amicis suis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Iohannis Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de Stamburne cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam et liberam elemosinam pro salute mea et heredum meorum et pro anima Roberti comitis patris mei et omnium antecessorum et successorum meorum, sicut eam Robertus de Greynvilla / fo 29r predictis monachis donavit et carta sua confirmavit. Testibus Ricardo comite de Clar', Ricardo fratre eius, Guidone filio David, Symone de Kardif et aliis.

Printed: Patterson, *Earldom of Gloucester Charters*, 157.

Date: Richard earl of Clare succeeded in 1173, and William earl of Gloucester died in 1183.

60. Grant by Amice countess of Clare to the church of St Sepulchre in Sudbury and to the brethren of the hospital which she founded there out of her marriage portion, in free alms, of the service of Alexander son of Gilbert for the messuage once held by Tholi and for *Corneresaker*, that is, of his homage and an annual rent of twelve pence, saving to her his homage and fealty for the other tenement which he holds of her. She has also granted that part of a croft in *Villawarelane* held of her by Roger de Norwich. The brethren shall have the right of milling in her mills without exaction or toll, and all the men of Sudbury who hold of them shall answer to them for stallage and for all customs and services which they used to render to her. 1198-1217, probably c.1212.

Donatio Amicie comitisse de Clar' facta fratribus hospitalis de Suber(ia) de servicio Alexandri filii Gilberti.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Amicia

comitissa de Clar' filia Willelmi comitis Glocestrie salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro amore Dei et salute anime mee et Gilberti filii et heredis mei et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse et dedisse Deo et Beate Marie et ecclesie Sancti Sepulcri de Suthber(ia) et fratribus hospitalis domus eiusdem loci quam in propria hereditate et libero matrimonio meo fundavi in puram et perpetuam elemosinam servitium Alexandri filii Gilberti quod michi facere consuevit pro mesuagio quod Tholi quondam tenuit et pro acra illa que dicitur Corneresaker' iuxta viam que dicitur Holgate, scilicet homagium suum et annuum redditum duodecim denariorum, salvo michi homagio et fidelitate quam michi debet pro alio tenemento quod tenet de me. Concessi eciam et dedi fratribus predictae domus illam partem crofte quam Rogerus de Norwiz tenuit de me in Villawarelane. Volo eciam et firmiter statuo ut prenominati fratres habeant inperpetuum libertatem molendi in molendinis meis libere et sine aliqua exaccione telonagii, et ut omnes homines qui in villa de Suthber(ia) de (i)isdem fratribus tenuerint de stalagio et de omnibus serviciis et consuetudinibus quas michi facere consueverunt eis respondeant. Et ut hec mea concessio et donacio stabilis et integra perseveret, eam presenti scripto et sigilli mei appositione confirmavi. Testibus hiis domino Philippo de Hardr', magistro Radulfo de Meideston', Willelmo de Lond' et allis.

Date: Sudbury was part of the marriage portion of Countess Amice. She had taken personal possession of the town by Michaelmas 1198, after her separation from her husband on papal authority on grounds of consanguinity (*CRR*, i. 186). This charter can be dated before 1217, since her son Gilbert is not styled Earl. Philip de Ardres acted as the countess's attorney in 1205-6 (*CRR*, iv *passim*; Dodwell, *Fines*, ii. no. 464). He occurs regularly on juries in Kent from 1202 until 1212, but not thereafter, and William de Ardres appears on a jury in the same county for the first time in 1220 (*CRR*, viii. 340). The attestation of Master Ralph de Maidstone, who became archdeacon of Shropshire in April 1219 and died after a distinguished career in 1243, perhaps suggests a date some time after 1200 (*BRUO*, 1203-4). Clay (p.322) states that the hospital of St Sepulchre was founded by William Earl of Gloucester, which these charters demonstrate to be wrong, and records the first mention of the hospital in 1206, but gives no reference.

61. Grant by Amice countess of Clare to Silvester the chaplain and his assigns of a messuage in Sudbury, to be held of her and her heirs for an annual rent of two pence, to be paid to the hospital of St Sepulchre. 1198-1223.

Donacio et confirmacio Amicie comitisse de Clar' facta Silvestro capellano de uno mesuagio in Suberia.

Sciant presentes et futuri quod ego Amicia comitissa de Clar' filia Willelmi comitis Glovernie dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Silvestro capellano pro servicio suo unum mesuagium cum pertinenciis suis in villa Suberie iacens inter pontem de Suberia et domum Willelmi Piteman versus norht, tenendum et habendum de me et heredibus meis illi et cuicumque assignare voluerit libere et quiete, bene et in pace, reddendo inde annuatim domui Sancti

Sepulcri de Suberia duos denarios ad festum Sancti Michaelis pro omnibus serviciis, consuetudinibus et exactionibus et pro omnibus rebus. Et ego Amicia predicta et heredes mei warrantabimus predicto Silvestro et eius assignatis predictum mesuagium cum omnibus pertinentiis suis contra omnes gentes. Et ut hec donacio / fo 29^v mea et concessio firma et stabilis permaneat, hoc presens scriptum sigilli mei appositione confirmavi. Hiis testibus Waltero de Lanlee, Willelmo de Bridebec et aliis.

Date: before no. 64.

62. Grant by Countess Amice to the church of St Sepulchre in Sudbury and to the hospital which she founded in the town, in free alms for the souls of her father and mother and of Gilbert her son and heir, of two acres of her demesne land. 1198-1220.

Donacio Amicie comitisse de Clar' facta ospitali de Suberi de duabus acris terre versus boscum.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Amicia comitissa filia Willelmi comitis de Gloucestrie salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego concessi et dedi Deo et ecclesie Sancti Sepulcri et ospitali domui quam fundavi in willa de Suberi pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et pro salute Gilberti filii et heredis mei in puram et perpetuam elemosinam duas acras terre de dominico meo, illas scilicet que iacent inter terram Abrahe servientis mei et terram Laurencii servientis mei, et ex una parte contingunt terram quam prius dedi eidem ospitali domui, et ex altera parte contingunt dominicum meum versus nemus meum. Volo igitur ut fratres predictae domus habeant et teneant integre et pacifice inperpetuum illas duas acras liberas et quietas ab omni servicio et exactione seculari. Et (ut) hec mea concessio et donacio stabilis et firma permaneat, eam presenti scripto et sigilli mei appositione confirmavi. Testibus hiis, Philippo de Hardres, Alexandro filio Gilberti, Roberto de Ailesford' et aliis.

Date: for Philip of Ardres, see no. 60.

63. Notification by Amice countess of Clare that she caused to be established, in her own fee and marriage portion at Sudbury, a hospital founded in honour of Jesus Christ and the Blessed Virgin Mary for the sustenance of the poor, for the maintenance of which she gave the tithe of her mills in Sudbury, five acres of demesne land and various other land, all of which was granted in free alms, in such a way that neither she nor her successors might place any person in the hospital without the consent of the good men of Sudbury. She also confirms all reasonable gifts made or to be made by the men of her fee. 1198-1217.

Littere Amicie comitisse de Clar' qualiter fecit constitui¹ ospitalem apud Suberi et de terris quas eidem donavit.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Amicia filia Willelmi comitis Glocestrie iam dicta comitissa de Clar' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me constituisse² quandam domum hospitalem in villa Suberie in feodo meo proprio et libero maritagio meo ad sustentacionem pauperum in honore Domini nostri Ihesu Christi et Beate Marie Virginis et matris eius, pro animabus patris et matris mee et pro salute anime mee et G(ilberti) filii et heredis mei et omnium antecessorum et successorum meorum, ad cuius hospitalis sustentacionem concessi et dedi omnem decimam partem cuiuslibet utilitatis molendinorum meorum de Suberia, sive fuerint in manu mea sive ad firmam, et quinque acras terre de dominico meo iacentes in longitudine iuxta viam que ducit ad Sanctum Eadmundum inter terram Abrahe et terram Thome filii Elinaldi, et unam acram prati que fuit Ordmer', et unam acram pasture in Kingesmarris, et preter acram illam pasturam ad quatuor vaccas et viginti oves in Kingesmars in Portmanescroft, et totam terram que fuit Simonis le Ganter' et domum que fuit Walteri leprosi in puram et perpetuam elemosinam / fo 30r liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exaccione seculari erga me et heredes meos et erga omnes homines. Volo enim predictam elemosinam tam liberam esse sicut aliqua liber(i)or est aut esse potest, ita eciam quod nec ego nec heredes mei poterimus aliquem hominem in predictam hospitalem domum ponere sine consensu et communi consilio proborum hominum de Suberia. Preterea concedo et confirmo omnes rationabiles elemosinas sive in terris sive in redditibus quas homines in feodo caritative predicte³ hospitali apposuerunt vel apponent ut predicte hospitali et habitantibus in ea libere et pacifice permaneant inperpetuum. Ego autem Amicia et heredes mei aquietabimus predictam domum et prenomintas possessiones quas ei dedi ab omni auxilio et exaccione forinseci servicii erga dominum regem et quemlibet alium. Igitur ut hec mea concessio et donacio stabilis et firma permaneant inperpetuum, eam presenti scripto et sigilli mei appositione roboravi. Testibus hiiis Iohanne de Cornerd', Ricardo de Gosfeld', Philippo de Hardr(e), Ricardo persona de Bello-campo et aliis.

¹ MS constui.

³ MS predicto.

² MS constuxisse.

Date: see no.60. Richard de Gosfeld occurs from 1203 to 1220 (*CRR*, ii, 211; viii, 298).

There is some confusion whether the hospital founded in honour of Jesus Christ and the Blessed Virgin Mary is the same foundation as the hospital of St Sepulchre. The fact that the grants detailed in no. 63, and especially the title of the mills of Sudbury, are not recorded in the detailed grant of St Sepulchre's to the monks of Stoke by Clare (no. 64) strengthens the supposition that these were two distinct foundations, both made by the Countess Amice. If this is so, it is strange that no. 63 is recorded in the Stoke cartulary, and it is possible, although there is no evidence, that the two hospitals had been amalgamated by the time that the cartulary was compiled in the mid thirteenth century. Such amalgamation would at least account for the subsequent confusion.

64. Grant by Amice countess of Clare, made in her widowhood, to the monks of Stoke by Clare in free alms, of the messuage of St Sepulchre in Sudbury with all its appurtenances. 1217-23.

Donacio et confirmacio Amicie comitisse de Clar' facta monachis de Stok' de toto mesuagio Sancti Sepulcri cum xii¹ acris terre (et una acra prati)² et de multis aliis in eodem comitatu.

Omnia Christi fidelibus has literas visuris et auditoris Amicia comitissa de Clar' filia Willelmi comitis Gloucestrie salutem. Noverit universitas vestra quod ego caritatis intuitu et pro salute anime mee et animarum Gilberti filii mei et omnium antecessorum meorum in ligia potestate et viduetate mea dedi et concessi et presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancti Iohannis Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam sicut liberius et melius elemosina potest dari totum mesuagium Sancti Sepulcri cum omnibus pertinentiis suis in villa de Suberia, scilicet cum octo acris terre que iacent iuxta terram Abraham versus Holgate, et duabus acris terre apud Holgate iuxta crucem lapidis, et una acra terre que fuit Petri Brawod, et una acra terre in campo qui vocatur Hinefeld, et una acra prati in prato de Holgate, et cum viginti solidis et novem denariis annui redditus in villa de Suberia, scilicet de mesuagio quod fuit Valteri Longi duos solidos, de mesuagio Severe filii Simonis iuxta domum Sancti Sepulcris tres denarios et obolum, de mesuagio Edithe Pikelote duos solidos, de mesuagio Willelmi Lefreke sexdecim denarios, de Willelmo de Venella pro una placia apud Sanctum Bartholomeum duos denarios, de heredibus Walteri Lif de una placia iuxta mesuagium / fo 30v Willelmi Freke quatuor denarios, de Rogero de Norwiz de quadam terra in Ilwarelane³ duodecim denarios, de eodem de una placia retro mesuagium Jecke filii Ethelwoldi sex denarios, de Thoma Littelute de mesuagio quod fuit Thome Parvi presbiteri octodecim denarios, de mesuagio Alexandri Gillot sexdecim denarios, de heredibus Roberti Blundi pro uno mesuagio iuxta crucem versus curiam sex denarios, et de una placia ibidem duos denarios, de Willelmo Tirtel pro uno mesuagio iuxta mesuagium Iohannis de Porta quatuor denarios, de Warino clerico pro quadam terra retro mesuagium Hobbe Hereward tres denarios, de heredibus David filii Thome pro mesuagio iuxta mesuagium Walteri aurifabri viginti duos denarios et obolum, de mesuagio Walteri aurifabri septem denarios et obolum, de vidua Alexandri prepositi pro mesuagio suo tresdecim denarios et obolum, de heredibus Ricardi filii Alexandri et Ade filii Alexandri duodecim denarios, de Hugone filio Ricardi de una placia apud Fenbrege sex denarios, de Radulfo de Ponte pro uno prato decem denarios, de heredibus Rogeri le Manant pro quodam prato in Holm quatuor denarios, de Ricardo Pikere pro mesuagio Henrici Crec viginti denarios, de Alano Cobbe pro una soppa quatuor denarios, de Simone le masun pro mesuagio suo iuxta domum Sancti Sepulcri tres denarios, de Silvestro capellano pro uno mesuagio iuxta pontem duos denarios, de Cecilia filia Eilrici pro mesuagio suo quatuor denarios, et pontem de Suberia, et preterea quinque marcatas redditus annui percipiendas de tholoneo de Suberia

¹ MS octo expunged and xii interlined in later hand.

² Added in later hand.

³ See no. 60, *Villawarelane*.

ab eo quicumque pro tempore illud tenuerit ad quatuor terminos anni, scilicet ad festum Sancti Michaelis sexdecim solidos et octo denarios et ad natale Domini sexdecim solidos et octo denarios et ad Pascha sexdecim solidos et octo denarios et ad festum Sancti Iohannis Baptiste sexdecim solidos et octo denarios, et preterea duodecim acras terre in manerio meo de E(I)theham que vocatur Sewardesrede cum pertinentiis suis. Et ego Amicia et heredes mei warantizabimus predictae ecclesie de Stokes et eiusdem loci monachis predictum mesuagium cum pertinentiis suis et predictum redditum et predictum pontem et omnes predictas terras et predictum pratum sicut liberam et puram elemosinam inperpetuum contra omnes gentes. Et ut hec mea donacio et concessio rata et stabilis inperpetuum perseveret, presens scriptum sigilli mei appositione roborari feci. Hiis testibus domino Stephano capellano, domino Silvestro capellano et aliis.

Margin: Donacio hospitalis Sancti Sepulcri monasterio de Stok'.

Date: after the death of Earl Richard.

65. Grant by Amice countess of Clare to the hospital of Sudbury in free alms of one acre of her demesne, adjacent to the three acres which she had previously granted to Abraham her servant, and quitclaim of the service of six pence from the land once held by Peter Brawood and of the service of that land which Geoffrey, prior of that house, bought from the wife of Samson, sometime toll-collector, and of the service of Walter the goldsmith of four pence for his stall in the market. She has also granted twelve acres in her manor of Eltham, Kent, which have been newly cultivated by Seward. Before 1220.

Fo 31r Carta comitisse de Clara de una acra terre concessa ospitali de Subery.
Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Amicia filia Willelmi comitis Gloucestrie salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse¹ in puram et perpetuam elemosinam Deo et Beate Marie et hospitali domui de Suberia unam acram terre de dominico meo, illam scilicet que iacet propinquior tribus acris quas prius dedi Abrahe servienti meo, et se extendit usque ad nemus meum. Quietum eciam clamavi eidem domui inperpetuum servicium terre que fuit Petri Brawood, scilicet sex denarios per annum, et servicium terre quam Galfridus prior prefate domus emit de uxore Sansonis quondam telonearii, scilicet sex denarios per annum, et servicium Walteri aurifabri² quod michi facere consuevit pro selda sua in mercato de Suberia, scilicet quatuor denarios per annum. Concessi eciam et dedi eidem domui xii acras terre in manerio meo de Eltheham, illas scilicet quas Sewardus novavit. Volo igitur et firmiter precipio ut predicta domus habeat et teneat libere integre pacifice predictas terras et omnes predictos redditus cum omnibus pertinentiis suis et consuetudinibus et libertatibus secundum formam prioris carte mee. Et ne aliquis heredum meorum huic mee donacioni contraire presumat, eam presenti scripto et sigilli mei appositione confirmo. Testibus hiis Philippo de Ardr(e), Alexandro de Suberia et aliis.

¹ MS dededisse.

² MS aurifisis.

Date: the coincidence of personal names here and in no. 64 suggests a date only shortly before the grant of the hospital to Stoke by Clare. For Philip de Ardres, see no. 60.

66. Grant by Amice countess of Clare to the monks of Stoke by Clare in perpetuity, for a consideration of seven marks, of a messuage at *Sturhulle* in Sudbury once held by Jordan Goriun, with his son Alexander and his *sequela*, to be held for the annual rent of three shillings and three pence for all services, save any general aid levied upon the town. Before 1223.

Carta eiusdem de uno mesuagio apud Sturhelle in Subiri.

Sciant presentes et futuri quod ego Amicia comitissa de Clara filia Willelmi comitis de Gloucestria concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi monachis Sancti Iohannis Baptiste de Stok' illud mesuagium in Suberia apud Sturhulle cum pertinenciis quod fuit Iordani Goriun, et corpus Alexandri filii predicti Iordani liberum cum tota sequela sua, tenendum et habendum de me et heredibus meis imperpetuum libere et quiete, bene et in pace, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis tres solidos argenti et tres denarios, scilicet ad festum Sancti Michaelis xx et unum denarios et ad Pascha decem et octo denarios, pro omnibus serviciis et exigenciis et consuetudinibus, salvis generalibus auxiliis eiusdem ville. Pro hac vero concessione, donacione et huius carte mee confirmacione dederunt michi /fo 31v predicti monachi Sancti Iohannis Baptiste de Stok' de caritate domus sue septem marchas argenti. Ego vero predicta Amicia et heredes mei warrantabimus iam dictis monachis de Stok' predictum mesuagium cum pertinenciis et predictum corpus prenominati Alexandri liberum cum tota sequela sua contra omnes homines et omnes feminas. Et ut mea concessio, donacio et confirmacio rata et stabilis inperpetuum permaneat, presens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus Ricardo filio Iohannis de Suberia, Iohanne de Cornerd', Ricardo filio eius et aliis.

Date: see no. 58.

67. Grant by Countess Matilda, wife of Roger earl of Clare, to the monks in free alms of half a mark each year from the mill of Carbrooke, whosoever holds the mill. 1153-73.

Carta comitisse de dimidia marca de molendino de Kerebroc.

Matildis comitissa uxor Rogeri comitis de Clara omnibus hominibus Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse pro anima domini mei Rogeri comitis de Clara et mea et pro animabus puerorum meorum et omnium antecessorum meorum Deo et Sancto Iohanni de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam singulis annis dimidiam